

alius subrogandus non est in locum demortui, nec aliter prouidendum beneficium ne multiplicentur colligantes, nec lites fiant immortales, ne superuenienti colliganti præiudicium irrogetur ex datione nouorum aduersariorum. text. est in c. 1. text. in c. 2. *ut lite pendens. lib. 6. dem. 1. cod. tit. plenè Lancelot. de attentat. 1. p. c. 3. ex num. 97. usque ad fi. vbi 6. modis ampliatur, & quindecim limitatur, aliisque declarat. exactè etiam & optimè Flami. Pari. de resign. benef. lib. 2. q. 3. à n. 97. & n. 102. Ricc. in pract. Eccles. concursus ad Eccles. Paroch. decis. 488. vers. tertio cessat.*

Et per hanc prohibitionem ordinario non amouetur potestas prohibendi huiusmodi beneficia litigiosa in perpetuum, sed dumtaxat, eius suspenditur potestas, donec futurus litis declaretur euentus, ad quem beneficium pertinet, vt in d. c. fi. & d. dem. 1. §. si verò. docent Gomez. in regul. de triennali q. 3. n. 9. vers. sic etiam dispositio c. 2. Simonet. de reseruatione quest. 10. n. 5. Mandof. in regul. de impetrat. benefic. per obitum famil. Card. quæ est 32. quest. 9. à num. 5. Couarr. in pract. quest. c. 36. sub num. 7. vers. quinto. Nauarr. in c. accepta. de restitutio. spolia. op. 10. solutio. num. 30. Nicol. Garcia de benef. 1. tom. 5. p. c. 1. à n. 133. cum sequentibus. ad idem Hieronym. Gonzal. in regul. de men. in §. 7. proemia. quest. 3. ex n. 118. & in gl. 32. num. 40. quod eo usque censetur suspensa, quousque, scilicet, superstes per rem iudicatam vincatur, & ipsa res iudicata habuerit effectum, fueritque executioni tradita, adeptioque sit possessionis subsecuta, vt sic decisum fuisse in Rot. cuius meminit Flamin. testatur vbi proximè num. 111.

Ac propterea nihil mirum, vt huiusmodi litigiosorum beneficiorum prouisione faciendâ, factâque ab ordinario lite pendente, siue super curato, siue simplici appellationi non deferens, vim fieri, declaretur quotidie, ex hoc capite; scilicet: nullitatis ex actis apparentis, siquidem prouisio, & subrogatio rigorosa facta per ordinarium cedente, vel cedente colligante, siue coram se pendente litis, siue coram alio, est nulla ipso iure. ita statuit Bonifacius VIII. in d. c. 2. *ut lite pendente lib. 6. vbi gl. Ioan. Monach. Geminian. Anchar. & Francus notant, communiter Rot. decis. 10. n. 2. ut lite pendente in nouis. Cassiodor. decis. 5. super regul. Cancellar. Bellam. decis. 94. Moheda. decis. 178. vacante, ita vt ita* 163 *prouisus contra formam dicti c. 2. est de facto remouendus à possessione. Rot. decis. 3. de restit. spolia. in nouis. Cassiodor. decis. num. 4. eodem tit. Flami. Pari. vbi supra d. lib. 2. quest. 3. num. 108. qui quidem videndus omnino, optimè per totam illam quæstionem hunc*

examinat articulum, apud quem, & ceteros citatos videbis, aliud esse dicendum in subrogatione per gratiam factam à summo Pontifice, quæ gratiosa vocatur, in locum, & possessionem, iusque demortui iuxta regulam Cancellariæ de subrogandis colligantibus, & vt plurimum ipsemet colligans subrogatur.

Et hæc conclusio d. c. 2. *ut lite pend. lib. 6. & d. dem. 1. procedit, & extenditur ad beneficia iuris patronatus. etenim pendente lite super ipso iure patroni. patronus presentare non potest, Calderi. consil. 1. ut lite pend. Geminian. in d. c. 1. vlt. nota. Paris. consil. 47. n. 13. volu. 4. & est communis opinio secundum Sarnerium de subrog. col. quæst. 13. & de magis communi Rochus de Curt. de iur. patro. verb. honorificum num. 53. quæst. 23. Sarn. decis. 31. Guidobon. decis. 104. ampliatur & limitatur pariter hanc conclusionem Lancelot. Robert. de attentat. 2. p. c. 4. à num. 522. usque ad fi. & quod beneficium non dicatur litigiosum, nec super eo lis pendere; quando esset dumtaxat mota super possessione, quia tunc sola possessio dicitur litigiosa, optimè plures allegans per Flami. vbi proximè à num. 52. & quod lis introducta super beneficio, vt vnito, non efficiatur beneficium litigiosum, vt tenent Gonz. in regul. de men. & alter. gl. 5. §. 7. n. 17. Nicol. Garc. de benef. 12. p. c. 2. n. 32. & quod minus dicatur litigiosum beneficium, quando pendet super priuatione beneficiati, nisi simul agens de priuatione petat, sibi adiudicari, quia tunc litigiosum beneficium dicitur, latè plura adducens Flami. d. lib. 2. quest. 3. num. 56. & seqq. vbi alias limitationes adducit.*

Ac ideo ex supradictis cum verum sit; vt nec ordinarius prouidere, patronus presentare possit, nec elector eligere lite pendente, cedente, vel decedente vno ex colligantibus, ex Doctoribus iam citatis: ita nec ipse ordinarius per consequens concursum ad Parochialem litigiosam facere, vt absolute & generaliter loquens, multa fundamenta in comprobationem cumulans, tenet & bene defendit Gonzal. in gl. 6. à num. 142. quod tamen fallit in subrogatione gratiosa, facta per summum Pontificem, quando noluit ipse Pontifex eandem facere in colligantem superstitem, tunc etenim in Parochialibus concursus adesse probat Nicol. Garcia de benef. 6. p. cap. 2. num. 170. & sequentibus. vbi adducit decretum sanctæ Congregationis editum 23. Iunii anno 1594. ibi: Quando in illis summus Pontifex noluerit colligantem subrogare, verum in demortui in alium transferre, & c. qui Garcia ita intelligendus est, & reducendus à termino

terminos d. declarationis, non aliter. Quoniam foret subuerrere tot decreta, & constitutiones Canonicas, prohibentes prouisionem horum beneficiorum. quam etiam declarationem (erròque foret manifestus contra dictam Cõgregationem) adhuc ipse Garcia ibi num. 172. cum seqq. declarat, & reducit ad limites d. cap. 2. *ut lite pendens. in 6. & d. dem. prima, vt hoc casu factò concursu electo, vt magis idoneo non sit faciendâ collatio, sed est expectanda finis litis, sed si talis electus perierit, se admitti ad defensionem litis in statu, in quo est illo tempore, admittendus est pro suo interesse, iuxta d. c. 2. vers. sanè. & ibi gloss. & Doctores, vt lite pendens. lib. 6.*

171 His adde quod presentatio debet fieri personaliter, id est sensibus corporis illius cui fit presentatio, adeò quod presentatus debet esse corporaliter coram ordinario, nec sufficit patronum presentantem aliquem, solum mittere instrumentum presentationis ordinario, vt per Syluest. 3. p. q. 1. n. 6. & q. 2. n. 45. Rota in term. decis. 3. de iur. patro. in nouis. Achil. decis. 12. eodem tit. Rot. decis. 211. in nouis. Fran. in c. fi. §. verum in 1. nota. de iur. patronat. in 6. Rochus de Curt. in tract. de iur. patron. verbo, patronus. & iuxta hanc opinionem fuisse in Rota resolutum in vna Asculana Parochia 13. Ianuarij 1548. coram Ant. Augusti. testatur Aloyf. Ricc. in pract. iur. patron. decis. 156. à n. 58. cum seqq. & pluribus aliis Doctoribus diximus infra c. seq. Et est ratio, quia presentatus debet prius examinari ab ordinario, anteaquam instituat, ad finem videndi, si est idoneus, secundum Patron. in c. pastoral. num. 7. de iur. patro. Anchara. in c. ius capti num. 2. de preben. in 6. Rebuff. q. 20. n. 15. Riccius vbi proximè n. 62. quando autem presentatio facta de absente sustineatur, vide latissimè per Nicol. Garc. de benef. 4. p. c. 1. à n. 15. cum sequentibus.

174 Qui n. 6. ex hoc infert quod aliter facta presentatio, quàm modo prædicto, vltra quod erit nulla, patrono etiam currit tempus, Innocen. in c. in Lateranens. in vlt. not. de preben. Monal. consil. 149. num. 3. & seqq. volu. fi. Rub. Alexandr. consil. 93. & hæc opinio scilicet, quod presentatio fieri debeat personaliter, corroboratur ex decreto Trid. sess. 24. c. 18. de reform. & 25. c. 9. quoniam modo sustineatur praxis hodierna, quod admittitur absens presentatus à patrono, & quando, vide, quod latius explicat Nicol. Garcia. vbi proximè.

175 Et ob hanc doctrinam presentatio facta de clerico absente erit nulla, vt tenet Riccius vbi supra, & iterum in decis. 158. per totam. vide tamen Nicolaum Garciam locis proximè citatis.

Salgado de protect. Reg. Tom. 11.

Vnum tandem te aduerto, quod non omnia contenta in d. c. 18. sess. 24. de reformat. disponente circa prouisionem Parochialium, dantèque formam seruandam cum decreto irritante formam inducere, ita vt si nõ adhibeantur annullent prouisionem, vt videre est in deputatione vicarij, seu economi ad vacantem Parochialem, secundum latè tradita per Garciam de benef. 9. p. c. 2. n. 19. & 20. & quod de edito cum maiori termino apposito (de quo nos supra & per eundem ibi n. 46.) item quod eligatur magis dignus, licet ipse omittatur, non peccari in forma, & sic nullam non reddi prouisionem, cum sit ei per remedium appellationis à motu proprio Pij V. in conferendis prouisum, probat latè ipse Garcia ibi n. 235. cum seqq.

Nunc de nullitatibus, quæ accidunt in prouisione simplicium beneficiorum, tractemus, ex quibus facillè colligetur, quando appellationi sit omnino deferendum, & in primis dico, quod in beneficiis quæ sunt non liberæ collationis, sed iuris patronatus, siue simplicia sint, siue curata: edita præcisè & necessariò debent presentare institutionem faciendam, aliàs ipsa nulla redditur ipso iure, iuxta text. in c. fi. de electio. lib. 6. qui procedit etiam in institutione, vt post Doctores ibi tenent Lap. alleg. 8. n. 4. & eius additio. Mandof. litera V. Rochus de Curt. de iur. patron. verb. honorificum. q. 2. n. 4. & q. 38. num. 69. Lamber. communem dicens 2. p. 2. lib. q. 6. art. 2. 4. 12. & 16. Hieron. Gabriel. consil. 199. num. 2. lib. 1. Flores de Men. quest. 3. num. 55. Aymon. consil. 63. n. 2. Perez de Lar. de anni. & Capella. lib. 2. cap. 10. num. 32. & 39. & 40. Crescent. decis. fi. de iur. patro. Caputaq. decis. 37. p. 2. Cott. decis. 387. in miscellaneis manuscriptis. Puteus decis. 484. Ricc. in pract. Eccles. iur. patro. decis. 160. per tot. vide quæ nos supra num. 49.

Nam, aliàs prouisionem nullam esse ipso iure; pluries declarasse Rotam, testatur ipse, & debet in edito terminus competens assignari, & peremptorius, vt in d. cap. fin. vbi Doctores & Lamberti. vbi proximè artic. 21. Perez de Lara num. 44. & quod superius diximus, & ita non esse de forma prouisionis Parochialium ex decreto Trident. sess. 24. de reformat. c. 18. procedit in beneficiis liberæ collationis. at hæc conclusio procedit in beneficiis, quæ sunt iuris patroni. iuxta ea quæ nos supra d. num. 49.

Et in tantum, quod quando sunt alij patroni certi, non sufficit citatio generalis per editum, sed debent nominatim, & specialiter citari, aliàs institutio est nulla ipso iure, vt per idem cap. fin. & Doctores ibi dixerunt Perez de Lar. vbi supra num. 42. & 43. quem

quem sequitur Nicol. Garc. de benefic. 2. tom. 9. p. c. 4. num. 8. ubi refert aliquas Rotæ decisiones. idem etiam affirmat Lamberti. de iur. patron. lib. 2. p. 2. quest. 6. art. 1. 1. & 13. Secus autem in cæteris beneficiis merè collatiuis, & in collatione eorum, in quibus nulla requiritur citatio, aut vocatio, etiam per edictum. gloss. in d. c. fin. de electione in 6. verb. observari. Philip. Fran. in c. constitutis 2. n. 12. de appellat. Prob. ad Monach. in c. licet Episcop. de præben. in 6. num. 2. Sarnet. in regul. de infr. quest. 18. Rot. decis. 309. num. 2. p. 1. divers. Flores de Men. præf. quest. 9. 3. à num. 54. vide quæ nos sursum num. 49. & seqq. ubi limitavimus hanc doctrinam.

183 Vnum tamen nota, quòd licet hoc casu provisio, & institutio sit nulla ipso iure, non tamen ipsa præsentatio, ut bene probat Aloys. Ricc. in prax. Ecclesiast. iuris patronat. decis. 160. per rotam.

184 Patiter ratio appellandi in promptu esse dicitur, deficiente forma assignata in beneficiis simplicibus à Concil. Trident. sess. 7. de reformat. c. 13. dum ait: Præsentati, seu electi, vel nominati à quibusvis Ecclesiasticis personis, etiam Sedis Apostolicæ nuntiis ad quavis Ecclesiastica beneficia nõ instituantur, nec confirmentur, nec admittantur, etiam prætextu cuiusvis privilegij, seu consuetudinis, etiam ab immemoriali tempore præscriptæ: nisi fuerint prius à locorum ordinariis examinati, idonei reperti, & nullus appellacionis remedio se tueri possit, quo minus examen subire teneatur: præsentatis tamen electis seu nominatis ab vniuersitatibus, seu collegiis generalium studiorum exceptis. qui text. loquitur dumtaxat (ut vides) in electis, seu præsentatis, aut nominatis ab Ecclesiasticis personis ad simplicia beneficia, quibus assignatur forma, ponderatis verbis, ibi, nisi fuerint prius à locorum ordinariis examinati, &c.) quia cum detur ordo formam inducit, qua non seruata, provisio nulla est, Felin. in cap. cum dilecti de rescript. num. 6. versic. sextum signum. Brun. in tractatu de form. tit. quatenus censeatur datum aliquid pro forma fol. 4. concl. 35. Chaquer. decis. Pedemon. 165. num. 14. cum Neuzan. conf. 87. num. 13. Mandof. regul. 24. quest. 3. num. 9. & latè de hoc articulo, quòd examen hoc requiratur pro forma etiam in benefic. simplicibus patronatus mixti, vide Nicol. Garc. de benefic. 9. p. cap. 3. à prin. præcipuè à num. 5. Ricc. in præf. Eccles. concursus ad Ecclesiam Parochial. decis. 415. per rotam, ubi Rotæ decisionem refert, & quod etiam quilibet notoriè idoneus non excusetur, ibi à num. 15. & quòd præposteratio inducat nullitatem, & appellacionem permittat, vide latè Cardin. Tusc.

lit. p. in præf. conclus. 519. fol. 368. tom. 6. & attende d. Trid. decretum, ad fi. ut appellatio non obstat, quominus huiusmodi examen subire teneatur. hoc est, ad differentiam c. 18. sess. 24. de reformatio. de quo supra, quod loquitur in Parochialibus, ubi requiritur hoc examen, & approbationem per concursum fieri, at hic in simplicibus simplex examinatio, & approbatio absque eo.

Et ex his inferre etiam poteris ad provisionem Canoniceatum Doctoralis, & Magistralis per concursum, publicumque examen faciendam, in qua quidem multa requiruntur, pro forma seruati, iuxta tenorem motus proprii Leonis X. & Bullæ Sixti IV. quas referunt Gonz. in regul. de men. gl. 9. §. 2. à num. 4. Nicol. Garc. de benefic. 5. p. c. 4. num. 169. inter quæ est præstatio iuramenti corporaliter tactis euangelicis faciendi ab electoribus, & quòd vota præstentur secretò, quamuis in aliis actibus Capitularibus de iure hæc forma non requiratur, sed palam potest fieri, & per scrutinium, de quibus hinc inde plurima adducens optimè & per eundem Garcia ubi proxime à num. 169. usque ad fi. ubi etiam an Capitularis, qui non adfuit lectionibus, & actibus oppositorum, possit votare, & sit nulla provisio, & an & quando possit quis votare per Procuratorem, & an procurator possit iuramentum præfatum præstare, & alias plurimas quæstiones contingentes, ex quibus redditur nulla horum Canoniceatum electio, latè optimèque examinat, ad quem occurrit, quoties te necessitas compulerit. Sufficere tamen dicere, ut in omnibus his casibus, quibus nullitas electionis appareat, vim fieri, & reponi, non deferendo interiectæ appellacioni à Capitulo eligente; declarandum in supremis tribunalibus, aditis per viam violentiæ, & de forma tradita à iure cæteris electionibus, cuius omisso nullam eam reddidit; confuge ad integros titulos in decretalibus, & in 6. de electione, & peculiare etiam tractatus quod mei non est.

Alia etiam multa, quæ ad provisionem beneficiorum tam curatorum, quam simplicium, quatenus nostrum attingunt institutum, apposuimus supra 2. p. c. 13. à prin. & etiam in discursu operis. hic autem ea tantum scribuntur & adnotantur, quæ ob solemnitatis defectum, & formæ omissionem nullas reddunt provisiones, easque faciunt appellabiles.

Et non solum omisso formæ appositæ in provisione beneficiorum simplicium & curam animarum habentium (de quibus hæcenus ipsam reddidit nullam, irritam, & inanem, & per consequens appellabilem, etiam si sui natura attentam

attenta appellacionem non admittat, sed alio ex capite etiam potest argui nulla. nam cum duplici modo in beneficiorum provisione procedatur, alio extrajudicialiter, alio iudicialiter, diximus latè supra lib. 2. c. 13. per totum, & ibidem latè etiam si in Parochialibus procedi cõtingerit iudicio formato, à sententia appellacioni non esse deferendū, in simplicibus secus sit. quapropter quando iudicialiter procedatur etiā in curatis, si aliqua nullitas attingens processum, & formā iudicij, notoriè scilicet per inspectionem actorum appareat, quæ sententiam, seu actum nullum reddat, quantumvis hucusque dicta forma seruaretur, appellacioni omnino esse vtrique deferendum, siue (ut diximus) in simplicibus, siue in curatis, cum omnis dispositio de mundo de actu loquens, necessariò de actu valido intelligenda est, iuxta ea quæ latius adduximus superius à principio huius capituli.

Et in similibus terminis facit, quod de bulla Pij V. dicitur, disponens, quòd sententia transacta in rem iudicatam mittatur executioni, nisi sit nulla ex defectu citationis, iurisdictionis, aut mandati. quia nihilominus si contineat ex alio capite nullitatem, intelligitur etiam denegata executio, quamuis limitatè de illis tribus fuit locuta dumtaxat, ut per Cassiador. decis. 8. de rescript. Rot. decis. 2. num. 11. & seqq. eodem tit. in novis. Peregri. decis. 24. lib. 1. Marefcot. variar. resolutio. lib. 1. cap. 87. num. 31. & 32. nam licet ex omissione terminorum, & aliorum substantialium non oriatur nullitas expressè comprehensa in d. Bull. Pontificiæ, tamen ad impediendam executionem sufficit, quòd aliquid omittatur de substantia iudicij, Arguid. decis. 27. & Cassiador. decis. 2. de iudi. Marefcot. ubi proxime num. 32. ubi dicit etiam, quòd Bullæ non tollunt nullitatem actuum provenientium ex forma (aliàs de iure requisita) non seruata, iuxta c. cum dilecti, de rescript. Felin. in c. quoniam contra colu. 5. vers. si tamen constitutum, & ita declarando bullam prædictam tenuisse Rot. in vna Roman. Saluia. interdic. 6. Nouemb. 1598. coram Orano restatur Marefcot. ubi proxime d. cap. 87. sub num. 32.

Nam etsi aliquod statutum disponat, aliquam sententiam esse executioni mandandam nõ obstante appellacione, vel quolibet alio statuto, quia si opponatur nullitas resultans ex inobservantia formæ alterius statuti, talis nullitas, cum non censeatur exclusiva, impedit executionem ipsius sententiæ, Ioan. Andr. Paul. Castr. & alij tenent citati & sequuti à Ripa in l. 4. §. condemnatum. Salgado de protect. Reg. Tom. 11.

ff. de re iudi. num. 13. Lancelo. Robert. de actenta. 2. p. cap. 17. num. 50. & ideo dicit eleganter Philip. Franc. in cap. dilecti num. 13. 1. vers. quarto limita etiam de appella. quòd forma tradita in procedendo ad sententiam, seu alios actus, prout citationes, & alias solemnitates processus in aliquo statuto, seu dispositione, non intelligitur sublata nullitas proveniens ex capite alterius statuti, & per aliud statutum concedens executionem sententiæ non obstante quolibet alio statuto, quoniam nihilominus si sententia reperitur lata, seu alia acta facta absque solemnitate, & forma prioris statuti; executioni non est mandanda, cum non sit verisimile, nec credendum, huiusmodi solemnitates voluisse excludere, arg. l. ad eam de conditio. & demonst. pro quo etiam Ioan. And. in additio. ad Specul. tit. de sentent. executio. §. postrem. in additio. in verbo, §. seqq. Paul. Castr. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. sequitur hoc idem Anto. de But. Immol. & Felin. in e. ex parte 2. de off. deleg. quos referens sequitur Franc. Rip. in d. §. condemnatum n. 13. & ideo licet Concilium Trident. d. cap. 18. sess. 24. de reformat. dicat nõ obstante appellacione, esse mandandam executioni provisionem Parochialis Ecclesiæ, & licet quando proceditur in aliis simplicibus extrajudicialiter, nihilominus quoties in omnibus procedatur iudicialiter, nisi solemnitates iudicij seruentur, nulla redditur sententia & provisio, ut & nos diximus supra in d. 2. p. cap. 13.

Quod & vltèrius fulcitur, nam dispositio, & privilegium, etiam quod sui natura ampliari debet, nunquam tamen ita eius est facienda interpretatio, ut includat plures specialitates; ita notabiliter docet Bal. in l. si. i. lect. in vers. & nota, quod beneficium sic est interpretandum, arg. l. si quando C. de inofficioso testam. quare si conceditur inhabili facultas testandi, non tamen ideo ei censetur concessum, ut omittat solemnitates iuris, quia essent duo specialia ex d. l. si quando. quam doctrinam ad l. penult. ff. de constitut. Princip. reddit & sequitur Iff. ibi n. 32. Natta conf. 363. stante num. 9. inter consilia Syluani & sub eius nomine, conf. 100. stante Marchionali num. 70. Becius conf. 28. num. 20. Ioan. Gutierrez. præf. quest. civi. lib. 4. quest. 11. n. 36. tom. 3. ergo licet Concilium Trid. nouiter inducat privilegium executionis sententiæ in curatis, ita debet interpretari, ut seruentur necessariæ solemnitates, & validæ in eadem sententia à iure requisitæ, ne duæ specialita

specialitates concurrant, iuxta l. 1. C. de dot. promiss.

206 Hinc ex variis causarum figuris in processibus, aliisve actibus iudicij nulla reddi potest sententia, siquidem in casibus, ubi necessaria est citatio, illa non adhibita nullum redditur iudicium, c. absens c. absentie c. caueant c. omnia 3. quest. 9. cap. 1. de causa poss. & propriet. c. inter quatuor de maiori. & obedi. l. ea que C. quomo. & quando iud. l. de unoquoque ff. de re iudi. Bald. in l. 1. colu. 1. C. quomo. & quando iud. Feli. in c. ex parte 2. colu. 2. Bal. in l. 1. de off. delega. Decius cons. 63. viso puncto. col. penult. lib. 4. Roman. singul. 674. Anchara. cons. 167. late Doctores in l. fi. C. de testib. Afflict. decis. Neapol. 307. late Feli. in c. cum olim colu. 9. de re iud. Lanfram. in clem. sape in vers. omnia citatio de verbor. signifi. exactissime multa in propositum cumulans Vantius de nulli. sentent. ex def. citatio. per totum, & alibi passim, quod vulgare est.

207 Illud tamen notabile, quod licet præcesserit citatio in causa: tamen ex mutatione personarum, siue iudicis, siue partis, noua citatio decernenda est, vt in iudice remoro, & in eius locum alius subrogetur, vel ipse aliquem delegauerit ad sententiam pronuntiandam, noua requiritur citatio, emanata a subrogato, seu successore, licet iam præcesserit, tenent glo. in verbo consentaneum. verb. à quo C. quomo. & quando iudex. vbi Bart. n. 11. Bald. num. 7. Salicet. num. 9. Feli. in c. quia V. num. 4. de iudicij in fi. cum aliis adductis per Anton. Gabriel. tit. de citatio concl. 1. num. 114. quod declarat vt per Hieronymum Gonzal. in regul. de men. glo 9. in annota. num. 134. & segg. & per Putcum decis. 348. n. 1. & 2. lib. 1. Marefcortus post alios variat. resolut. lib. 1. cap. 31. à num. 5. & 6. & nos in optimo casu 4. p. c. 1. num. 47. & iterum ead. p. c. 5. à num. 8.

208 Et loquendo in receptoribus ad probationes recipiendas, quæ cum fieri nõ possint nisi citato aduersario: tamen quando esset mutatus iudex, seu commissarius, aut subdelegatus, vt ab eo requiratur noua citatio, nec sufficiat prima pro toto termino probatorio, Feli. in d. c. quia V. sub num. 4. in fi. de iudi. Paul. Castren. in l. edictum 55. nu. 2. de iudicij multi citati ab Anto. Gabr. vbi proximè.

209 Et in mutatione litigantis, vt si is moriatur, noua sit expedienda citatio (quam carta en sequimto dicimus) cum relatione status causæ, aliàs processus, & sententia erit nulla, tanquam absque citatione lata, probat text. in l. in oratione ff. de ferijs, late Peregrin. in tractatu de fideicom. artic. 53. num. 30. Mart. in tractatu de iuris. 4. p. centuria 1. cas. 33. num. 11. Valafcus in consultatio. 1. tom. consult. 38. per totam. quam doctrinam nota, quoniam pauci

ea, vt quæ incognita, vtuntur.

Sed ego vidi in hoc tribunali annullatam 210 sententiam per idem latam, contra successorem eo non citato de nouo, licet fuerit defunctus, cū quo lis cæpta erat, citatus, & sic noua citatio expediti iussum fuit (quam carta en sequimto practici dicunt) informantem charissimo, doctissimoque, & studioso magnique ingenij Domino Garcia Lopez Salgado de Sotelo fratre meo, hanc doctrinam adducente.

Item insanabilis defectus & nullitas illa 211 reputatur, quæ ex defectu iurisdictionis prouenit, tam delegatæ, quam ordinariæ, de cuius natura, & qualitate plures, variæque doctrinæ in genere, & in specie (vt infinitos taceam) est videndus Vantius de nullita. sentent. ex defectu iurisdictionis ordinariæ. & in tit. de nulli. sententia ex defectu iurisdictionis delegatæ. Redditur etiam nulla ex defectu mandati, seu legitimisationis personarum. circa quæ articulum varias cumulat quæstiones ipse Vant. in cod. tractatu tit. de nulli. ex defectu inhabilitatis, seu mandati competentium. & vnde ac quibus modis regulariter proueniat. per plus 176. numeros. ac eodem tractatu in tit. de nullita. ex defectu processus, ac solemnitatis & forma ipsius sententia. vbi multa practicabilia, & frequentia, vtiliaque adducit, per 142. numeros. & vltra eum multa nullitatis amotationes ad processum, & causam beneficiale m videntur per Hieron. Gonzal. in regul. de mensi. & alterna. glo 9. in annotatio. contra nullita. & attenda. in causis beneficii. num. 48. vsque ad fin.

Pariter sententia est ipso iure nulla, si fuit 214 lata in tam breui tempore, & cum tanta festinatione, quod acta verisimiliter non poterunt videri, Ist. in l. iudices num. 2. C. de iudicij. Federi. Schenius in tract. de sentent. à num. 3. Alexand. consil. 123. n. 2. 4. lib. 4. optimè & late Vantius de nulli. c. penult. nu. 32. & 33. exactè Anton. Gabr. tit. de sentent. concl. 6. n. 5. & 6. Achil. decis. 2. nu. 4. de filijs presbyter. Put. decis. 344. lib. 1. Auil. in c. prelor. c. 5. glo. verbo trahaje num. 8. & 9. qui post Gemini. & Do-

215 mini inuehit aduersus iudices ita præcipitatè determinatè, de quibus præsumitur non adhibuisse causæ cognitionem, & facit illud Apostol. Episto. 1. ad Timoth. cap. 5. Nemini citò manus imponas. c. 1. 2. 4. d. fi. de electione lib. 6. Egimus hactenus de appellatione defendenda ab actu, processu, sententia, prouisione beneficiorum nulliter notoriè apparentibus, ex defectu formæ, seu ordinis interposita, cum ratio appellandi sit in promptu, etiam in iudicij aliàs sui natura inappellabilibus: nunc videndum est versa vice de appellatione interiecta (nulliter tamen) al-

eisdem

cisdem actibus, sui natura aliàs appellabilibus. Et illud pro conclusione propono, vt appellationi minus solemniter, minusque legitime, & ex defectu formæ, vel aliàs nulliter interiectæ, etiam à sententia, seu actu appellationem permittente, quoad vtrumque effectum; iudex non deferens, vim non faciet, sed licet ad sententiæ executionem poterit deuenire. ita notat Philip. Franc. in c. ut debitus honor n. 47. de appellat. Guid. Papæ decis. 2. 13. statuta num. 6. idem decis. 436. in tit. de appellat. num. 2. 1. & idem in consil. 124. circa materiam num. 3. vers. ad secundum. & in tract. de appella. quest. 12. num. 18. Ioan. Monach. in c. cupientes. §. viginti de electione in 6. Vitalin. in tract. de clausul. in clau. nihil noua. appell. pend. n. 4. Vanti. de nulli. sentent. quando & intra que tempora num. 48. & in tit. de nulli. ex defectu iur. ordi. num. 142. Bald. consil. 367. ad euentiam. in prin. lib. 1. Stephan. Aufrer. in decis. ad Capell. Tholof. si. circa medi. Socin. cons. 45. visa sub num. 13. vers. 8. dubitatio lib. 1. Natta cons. 606. approbo num. 3. lib. 3. Paris. cons. 108. de bono iur. num. 26. lib. 1. Rot. decis. 30. aliàs 190. quoad reuocationem. de appell. in nouis. Portoles Immol. in cons. 172. posterioris num. 4.

217 Quod quidem accidere potest, vel quia sit interposita à non legitima persona, vel non debito, & assignato termino: vel quia non est interposita coram iudice, qui pronuntiauit: vel quia non fuit expressa legitima qualitas sententiæ, & persone appellantis: vel quia non fuit pura, sed conditionalis: vel non fuerunt legitime petiti apostoli: vel quia fuit appellatio generalis, ad omnes iudices: vel interiecta ad inferiorem: vel tandem quando in aliquo fuit ommissa forma iuris, vel statuti loci, respectu iudicis ad quem. quas cum singulas nullitatis causas accuratè, late, & eleganter examinat & dissecuit Lancel. Robert. tract. de attentat. 2. p. cap. 12. limi. 50. per rotam; merito hic omitto; prosequitur amplissimè Sigismundus Escacia tractatu de appellationi. in locis citatis infra num. 228.

218 Et non illud, etenim non solum his modis dicitur nulla vt ei deferendum non sit, verum quando tacite, vel expresse pars appellationi propositæ, aut proponendæ renuntiauit. tacite si intra terminum à iure non prouocauerit grauat. qui regulariter currit à die sententiæ, & de momento ad momentum, vt per Nicolaum Millium in verbo appellatio debet fol. 11. elegans decisio Capell. Tholof. 101. & per Franc. in c. ex ratione à num. 2. cum segg. de appella. & in c. bona memoria num. 19. eodem tit. de communi testatur Alexan. seu potius consilium Patavium inter consilia Alexan. 87. incipit nos Doctores

219 eisdem actibus, sui natura aliàs appellabilibus. Et illud pro conclusione propono, vt appellationi minus solemniter, minusque legitime, & ex defectu formæ, vel aliàs nulliter interiectæ, etiam à sententia, seu actu appellationem permittente, quoad vtrumque effectum; iudex non deferens, vim non faciet, sed licet ad sententiæ executionem poterit deuenire. ita notat Philip. Franc. in c. ut debitus honor n. 47. de appellat. Guid. Papæ decis. 2. 13. statuta num. 6. idem decis. 436. in tit. de appellat. num. 2. 1. & idem in consil. 124. circa materiam num. 3. vers. ad secundum. & in tract. de appella. quest. 12. num. 18. Ioan. Monach. in c. cupientes. §. viginti de electione in 6. Vitalin. in tract. de clausul. in clau. nihil noua. appell. pend. n. 4. Vanti. de nulli. sentent. quando & intra que tempora num. 48. & in tit. de nulli. ex defectu iur. ordi. num. 142. Bald. consil. 367. ad euentiam. in prin. lib. 1. Stephan. Aufrer. in decis. ad Capell. Tholof. si. circa medi. Socin. cons. 45. visa sub num. 13. vers. 8. dubitatio lib. 1. Natta cons. 606. approbo num. 3. lib. 3. Paris. cons. 108. de bono iur. num. 26. lib. 1. Rot. decis. 30. aliàs 190. quoad reuocationem. de appell. in nouis. Portoles Immol. in cons. 172. posterioris num. 4.

220 num. 11. lib. 6. Minfinger. singul. obserua. centuria 2. decis. 2. incipit decem dies Doctores. in aut. hodie. C. de appell. & in c. bidaum 2. quest. 6. Paris. in additio. ad Bar. in d. ant. hodie hoc latè prosequens, multi relati à Ioan. de Anania in cons. 93. viso processu. colu. penult. vers. venio nunc ad inuestigandum. Tiraq. de vtroque retract. §. 1. gl. 11. num. 20. Rot. decis. 30. aliàs 190. quoad reuocationem de appell. in nouis. & decis. 2. aliàs 125. sufficit de concess. preben. in antiq. Mill. in verb. attentata post appella. si per. vers. 16. fol. 30. Spe. in tit. de appella. §. de off. colu. si. vers. idem queritur. Franc. in cap. 1. n. 11. 220. de appell. ab initio sunt viles dies termini, & quoad processum continui, secundum gl. in c. concertationi. in verb. succurrit, de appell. in 6. notat. per gl. & Doctores omnes in cap. bidaum 2. quest. & in l. 1. §. bidaum ff. quando appell. sit. Feli. in c. quoad consultationem num. 37. de re iud. Rot. decis. 2. aliàs 49. si seratur in prin. de dolo & contuma. in nouis. & decis. 46. aliàs 500. si seratur de appella. in antiq. & quod vltra tempus proposita sit nulla, gl. in l. preses ff. de re iud. Blanc. in tract. de compromisso quest. 4. num. 89. Minfinger. singul. obser. cent. 3. decis. 15. incipit circa appellationem.

221 Quæ doctrina non solum procedit in appellatione, & in appellationis ratificatione, quæ intra dictum terminum fieri debet. Nicol. Mill. in reper. verb. ratificatio vers. 2. fol. 338. Guid. Papæ in consil. 4. circa materiam sub n. 7. vers. ad sextum & post alios in tract. de appella. quest. 76. Socin. cons. 45. visa appellatione sub num. 10. lib. 1. & facit regul. honorum ff. rem ratam haberi, & quæ inde cumulat Tiraquel. in tract. de vtroque retract. §. si verò gl. 10. num. 85. Corneus cons. 292. visis colu. 2. lib. 3. Lancelot. de attentat. 2. p. cap. 12. limi. 50. n. 53. & segg. vbi etiam à num. 50. idem extendit ad additionem.

222 Currunt tamen hi dies à tempore scientiæ, & notitiæ. Rot. decis. 2. aliàs 137. appellatus. de appella. in nouis. Capici. decis. 139. per totam. Lanfr. decis. 135. quod etiam procedit, 223 vt currat terminus etiam domino à die notitiæ procuratoris, cum quo iudicium actum fuit, vt ipsi dicunt, quando scilicet Procurator non est soluendo, vt per Afflictum decis. 345. fuit dubitatum num. 4. & faciunt tradita à Nicolao Mil. in reper. verb. appellatio debet. fol. 11. Rot. decis. 16. aliàs 364. cum iura, de dolo & contum. in nouis. & decis. 46. aliàs 499. nota si seratur, de appella. in antiq. de quo vide late per Lancelo. 2. p. cap. 11. à num. 9. cum segg. vide infra num. 228. remissive, quia ignorans semper dicitur esse intra terminum ad appellandum, vt declarat Bal. in c. venientes n. 2. de iur. iur. Lancelo. de attentat. 2. p. c. 12. limi. 50. vbi per sequentes, quando

& quomodo facienda est condemnatio sententia intimatio.

- Vnum est scire, quod quando non est facta legitime intimatio sententia, licet quovis ad eius notitiam non perveniat eius tenor, semper reperitur intra terminum, & potest appellare quodcumque intra decem dies à tempore scientia computandos, & licet gesta intra decem dierum à tempore lata sententia attentata sint ex supradictis Doctoribus, tamen gesta per iudicem, vel executorem post dictos decem dies, à tempore lata sententia non reuocantur remedio attentatorum, sed beneficio iustitiae, seu potius iniustitiae, & sic, ut ita gesta, nec sint nulla ipso iure, probant Rot. decis. 28. aliis 187. incipit licet sic contumax. de appellatio in novis. Nicol. Mill. in reperto. in verb. attentata pendente tempore fol. 29. Lancelo. de attentata. 2. p. cap. 11. num. 13. ubi allegat Modernum in praxi Romana Curia lib. 8. cap. 4. vs lite pendente, de attentata. sub num. 9. vers. generaliter verò. idem etiam tenet Bertachi. in reperto. verbo appellatio, quando num. 20. ad prin. 226 allegans dictam Rotæ decisionem, & sic de reata appellatiois renuntiatione iuxta text. in l. 1. c. si sapius in integ. restit. post. ibi, appellare enim debuistis, si vobis sententia displicebat, cum generale verum sit in iure, ut qui terminum sibi ad aliquod prefixum, labi permittit, censetur renuntiare, & non potest, nec agendo, nec excipiendo audiri, ut loquens de praefinitione termini ad docendum de nullitate, tradit Cephal. conf. 201. incipit existimo n. 4. lib. 2. & conf. 202. num. 18. eodem lib. 2. Lancelo. 2. p. cap. 20. limi. 19. num. 2. Vestrius in prax. Rom. cur. lib. 8. cap. 3. sub num. 17. Puteus decis. 7. sub rubri. de restit. in integ. Corneus conf. 111. licet videamus. lib. 1. faciunt Cassiadi. decis. 4. in attentata. num. 5. de dilatio. & idem Vestri. in prax. d. lib. 8. cap. 4. num. 21. & Moder. in annotatio. ad Aeguid. num. 108. & num. 154. Cortan. decis. 200. qui profitentur hoc casu termino praefixo transacto posse ad executionem deveniri.
- 228 De omnibus supradictis, & aliis pluribus difficultatibus, an & quando post decem dies liceat appellare per ampliaciones, & limitationes, latissime ac etiam doctè per Sigismun. Escac. tract. de appella. quest. 12. per totam, quem vide, & de requisitis substantiabilibus appellatiois vide eundem quest. 4. per totam cum suis articulis, & 9. cum seqq.
- 229 Et quando appellatioi expressè renuntiat tam interiectæ iam, puta; quando per transactionem recedit à lite adnotata per Doctores in l. postquam liti C. de pactis. Lancelo. ubi supra d. c. 12. in praefatione num. 19. & faciunt quæ Milis in verb. la finitur fol. 215.

Crauet. consil. 182. videtur lib. 4. num. 1. Doctores in l. si contra maiores C. de appella. Ancara. conf. 16. viso. Paris. conf. 47. videtur n. 43. lib. 4. Thamis decis. 5. incipit transactio quam proponenda, ut scilicet si pactum de non appellando fuerit factum, nam cum valeat isthac renuntiatione, executionem sententia non suspendit. Guid. Pap. in tract. de appella. quest. 106. Lancelo. ubi proxime num. 20. vel quando fuit facta obligatio de stando vnicæ sententia, quæ conuentio de iure valida reputatur, iuxta text. in l. si. C. de tempor. appella. ut est decisio Rotæ 2. aliis 287. licet appellatioi, de renuntiatione. in novis. notat Franc. in c. interposita, §. illa denique num. 2. de appellatio. Feli. in c. ex parte, el. 2. num. 6. de rescript. & in c. si diligenti num. 7. de for. competent. Paris. conf. 34. num. 25. lib. 1.

• Est denique sciendum, quod appellatio ab actu, & sententia nulla operatur suos effectus, cum inconueniens consideratur nullum, ab actu nullo appellari. Franc. in c. dilecto quest. 7. de appella. & post Ioan. Andr. Innocen. & Hostiens. ibi, & Doctores in l. si expressim ff. de appella. notat Vitalli. in tractatu de clau. in clau. nihil nouari relatione pend. n. 15. Alexan. conf. 130. ponderatis ad fi. lib. 3. & in l. 2. C. de bon. poss. contra tab. Lancelo. Robeit. de attentata. 2. p. cap. 2. ampliatio. 6. & esse communem opinionem refert Raphael Cuma. in l. si expressim 19. ff. de appell. & relatio. quem refert Alexand. consil. 59. viso titulo, sub num. 16. lib. 4. ubi de communi testatur, sequitur Brededo. tract. de appella. p. 1. tit. 12. colu. 38. sub lit. D. vers. contrarium. exactè de communi dicens. Sigismun. Escacia tract. de appella. q. 17. limi. 19. num. 2. cum seqq. ubi contrariam opinionem & fundamenta recenset. quia iura tollunt necessitatem, non facultatem appellandi; nam quoricumque nullitas non principaliter proponitur, sed per viam appellatiois, executio & omnia ea pendente censentur attentata, & reuocanda veniunt, quia assumit naturam ipsius appellatiois, omniaque suspendit, ut per text. in c. exhibitæ de iudicis. & c. super quaestione in fi. de off. delega. concludit eleganter Franc. in d. dilecto 63. q. 9. num. 21. & 22. & in quest. 10. sub n. 32. vers. ex his secundum Bald. Cuma. in d. l. si expressim. Vanti. in tract. de nullit. sentent. tit. quot. & quib. mod. nullit. propo. possit. num. 34. Guid. Papæ in tractatu de appella. quest. 81. per totam. Narr. conf. 217. agrotanti nu. 4. lib. 1. Mynsing. singul. obser. cent. 2. d. 77. incipit Petus. Neuz. consil. 41. num. 37. & seqq. Socin. post alios per cum consil. 10. insignis. sub num. 12. lib. 4. Gramati. consil. c. i. consil. 165. Couart. in pract. quest. c. 24. sub num. 6. vers. sed & si verum omnino foret, vs. que ad fin. Henri. conf. 31. cum venerabilis n. 3. & seqq.

& seqq. lib. 3. Brun. in tractatu de statu & consuet. in verb. nullitas colu. antepen. fol. 184. vers. 3. hoc idem patet. Brededor. ubi supra 1. p. tit. 12. colu. 42. in princ. & colu. 43. liter. B. vers. 4. Escacia ubi proxime num. 12. 13. (& à prin. plures huius appellatiois ab actu nullo recenset.) Vanti. in tract. de nullit. tit. quot. & quib. mod. nullitas, & c. num. 34. vers. prout etiam. fol. 380. Lancelo. tract. de attentata. 2. p. c. 17. sub num. 2. & num. 68. Casf. Contar. in l. vni. limi. 7. n. 53. vers. cautius & n. 54. C. si de momen. poss. Couart. practi. quest. c. 24. sub num. 7. vers. sed etsi verum. & iterum Escacia de appella. quest. 19. rem. 1. conclus. 4. num. 92. Hæc de nullitatibus sufficient, pro nostræ principalis regulæ & conclusionis (de qua ad princ. huius cap.) exemplis. alia infinita poteris videre in omnibus huius tractatus capitibus, quibus propria specialiter adaptari fuit necesse.

234 Ex quibus omnibus duas potes elicere conclusiones: altera quod à sententia ex aliquo capite, seu causa notoriè nulla, etiam sui natura privilegiata, & aliàs inappellabili interiectæ appellatioi nõ deferens iudex ecclesiasticus vim faciet, cum hoc casu ratio appellandi sit in promptu, ex supradictis à princ. huius capituli.

235 • Secunda sit conclusio, ut etiam, in causis sui natura appellabilibus, seu aliàs à sententia privilegiata appellatioi minus solemniter, aliterve nulliter interpositæ nõ deferens iudex violentiam nullam faciet; quæ conclusiones, ut vidistis, procedunt siue in iudicialibus actibus, siue in extraiudicialibus, siue in diffinitiuis, siue in interlocutoriis.

236 Quibus obiter adiunge, quod sententia lata contra vel pro defuncto valet, quando procurator fuisset in vita litem contestatus, & factus dominus litis, aut quado ipse mandator dominus satisdedit de iudicato soluendo, dummodo sententia concipiatur in personam procuratoris, Grauat. in addit. ad praxim Vestrij. lib. 4. c. 4. in fi. num. 41. post Doctores in l. si defunctus 15. ff. de procurator. Bald. in l. nulla dubitatio. 23. C. eod. tit. Grati. discepta forem. 2. p. c. 243. num. 13. & 14. ubi post

237 Iff. consil. 138. colu. 2. ad med. num. 2. & per totum lib. 4. intelligit, dummodo non simus in domino, qui sine hærede decesserit, tunc enim nec poterit ferri sententia cum dicto procuratore, & etiam in rem suam, & cessionario, & in causa quoque possessoria.

238 Item valet sententia contra mortuum, quando iudex ignorauit mortem, Riminal. iunior conf. 179. num. 27. cum seqq. lib. 2. Angel. conf. 223. pro decisione, post princ. vers. concludo igitur num. 2. & de veteri opinione contra alios concludunt Iff. in l. non exigimus §. si quis in iudicio, num. 5. ff. si quis cautio. Butr. in

c. quia. colu. 2. in prin. sub num. 7. de iudicis. Milis in verbo, sententia lata contra mortuum fol. 423. Put. decis. 186. in fi. p. 2. ubi quod est vera in profanis, secus in beneficialibus. Riminal. Iun. conf. 179. num. 30. lib. 2. Becius conf. 110. per totum. Guid. Pap. decis. 86. Procurator. Rebuf. de sentent. gl. vni. num. 10. tom. 3. fol. 434. Maran. de ord. iud. 3. p. 6. p. prin. num. 107. Costa de ignor. & scien. fact. cent. 2. d. 74. num. 7. multos alios referens sequitur Grat. ubi proxime num. 9. & seqq. & tom. 1. cap. 18. à num. 29. cum plurib. seqq. Ming. cent. 1. observatio. 85. n. 4. Andr. Gail. observatio. 109. lib. 1. num. 4. Rebuf. in l. morbus fonticus 113. colu. 1. vers. secundus non valet. ff. de verborum signi. Gabriel. conf. 50. in prin. lib. 1.

Indistinctè tamen sciendum est, in procuratore constituto à Prælato, vel rectore alicuius Ecclesiæ in his, quæ ipsam Ecclesiam tangunt, ut mortuo Prælato constituyente mandatum finium censetur, etiam re non integra, & lite iam per ipsum contestata, in vita constituentis. text. est mirabilis in clem. fi. de procurator. cuius hæc sunt verba: Procuratorem à Prælato, rectore, vel alio quolibet, pro Ecclesia sua, vel cum beneficio constitutum, per mortem constituentis reuocari censemus, etiam quoad negotia iam incæpta, & causas, in quibus per ipsum lis fuerit ante mortem huiusmodi contestata) ubi latè gl. & Doctores.

Memineris etiam, quod instrumentum, seu acta, quæ coram vno notario tractantur, non sufficiunt, præsentare, & fuisse producta in actis alterius notarij, etiam eiusdem iudicis & tribunalis, sed omnino debent produci in actis eius, qui causam tractat, ut aliàs fuit tentum per Rot. in vna Romana census 4. Decemb. 1595. coram Cardinali Pamphilo, de qua testatur Marefcot. varior. resolu. lib. 2. cap. 107. num. 4. ubi à prin. post alios, quod si coram eodè iudice, & inter eandem personas due causæ tractentur, gesta in vna non probant in alia, nisi expressè reproducantur, nec iudex potest supplere ex capite notrietatis. rectè conducent quæ dixi 4. p. cap. 1. à num. 82. & seqq.

Illud tamè valde vtilissimum notauerim, quod cum de iure, & Rotæ stylo nonnullæ sint iudicij solemnitates essentialiter requisitæ, quarum omisio actum, iudicium, & sententiam vitient ipso iure, & ita per Rot. in dies declaratur: tamen omnia sustinentur si de contrario Hispaniè iudiciorum stylo doctum fuerit, & appareat. quoniam generale verum est, ut in ordinatoriis iudicij, stylus, & consuetudo loci, ubi litigatur, & iudicium agitur, semper est seruandus. gl. fi. & ibi Ab. num. 10. & 11. & cæteri omnes in c. quod

- quod clericis de for. compet. Felin. in c. Ecclesia Sancte Mariae num. 55. de constitutio. Rochus de Curt. in c. fi. de consuetud. sectio 8. num. 69. & sess. 9. quest. 16. à num. 37. & 38. Vanti. de null. ex defectu process. num. 56. Iacob. Put. decis. 99. num. 2. lib. 3. Hierony. Gonz. in regul. de men. & alter. gl. 9. §. 1. in annota. num. 104. plenissime Rolan. à Vall. in conf. 48. num. 1. & per totum volu. 3. qui post alios num. 13. & 23. acquiescunt à Gonz. ibi num. 105. affirmat iudicem appellationis teneri approbare iustum stylum tribunalis inferioris, iuxta quem iudex à quo processum ordinavit. de quo vide quæ nos latè suprà 1. p. cap. 2. §. 3. à principio.
- Et in terminis ita pluries declaravit Rot. Roman. vt in vna Corduben. decimarum 14. Ianuarij anno 1594. coram Seraphino, & in alia Calagurritana. oblationum 26. Maij 1590. coram Comitulo, & in Toletana decimarum de Sarre. 16. Februarij coram Pamphili & alijs sepius, vt testatur Hieron. Gonz. in d. regul. de men. & alter. glo. 9. §. 1. in annotatio. num. 55. & est bona decisio Cæsar. de Grass. 6. num. 6. de sent. & re iud. per Gondizal. de Paz in prax. 1. p. tom. 1. 8. temp. ex num. 45. & tom. 2. cap. 2. de citat. num. 14. qui per d. Rotæ decisiones fuit allegatus, quibus dicitur, quòd examen testium de Hispania citatione, etiam vnica pro toto termino probatorio præfixo, & postmodum prorogato, sustineatur ex Hispaniæ stylo, qui patitur aliquas limitationes, vt per Gonzal. latè suprà.
- 246 qui à num. 65. defendit stylum Hispaniæ, vt terminus probatorius sit communis, & eodem tempore, reo atque actori currat, quidquid de stylo Rotæ seruetur, vt prius probet actor, postmodum autem reus, actoris probatione releuante. putat tamen ipse num. 69.
- 247 quod si in tribunalibus ecclesiasticis reus ex aliqua iusta causa insisteret, quòd non sibi præfiguratur dilatio ad probandum suas exceptiones, donec actor suam probet intentionem, obtineret, quod potest sustineri ex his quæ ipse à num. 65.
- Hinc etiam fluit, quod licet de iure, & 248 Rotæ stylo examen testium sit nullum ipso iure, factum per notarium recusatum, ad quod sola suspicio absque causæ expressione cum iuramento sufficit, ad illum remouendum in totum. Gaill. practi. obser. lib. 1. obferuatio. 33. num. 17. Mascar. conf. 1095. num. 32. Virginius de Boccat. tract. de liter. remis. c. 6. n. 14. Escacia tract. de iudi. causa. civil. & crim. lib. 2. c. 8. n. 9. & seqq. fol. 3. 17. non tamen ei datur adiunctus, vt de ratione, & inconuenientibus adiuncti videndus Gonz. in regul. de men. & alter. glo. 9. §. 1. in annota. à n. 98.
- 249 Tamen quia stylus Hispaniæ in causis ibidem adhuc pendentibus aliud seruat, nem-

pe recusato receptore & notario, re non integra, hoc est, postquam inceptum negotium, non remouetur in totum, sed adiunctus ei datur, vt ex l. 22. tit. de los receores lib. 2. recopil. Grego. Lop. tit. 4. p. 3. in gl. magna prope finem, allegans Ioan. de Plat. in l. nulli, ad fin. C. de numer. & actuar. lib. 12. Auiles in cap. prato. c. 35. in glo. verbo remita. n. 4. Paz in prax. tom. 1. p. 1. temp. 10. n. 8. & in annotatio. de tabel. n. 42. Auendan. de exequen. mand. 2. p. c. 15. num. 5. Azeued. in l. 1. tit. 16. num. 2. & in l. 1. nu. 11. tit. 27. lib. 4. recopil. pariter dictus stylus sustinetur, nec reprobat à Rota secundum Gonzal. vbi proximè num. 103. & seq. vbi & rectè dicit, aliud esse dicendum in causis 250 pendentibus in Rota, ad quas examinantur testes in Hispania, vigore remissorialium Rotalium; quia tunc notarius remissorialis recusatus sit in totum remouendus, iuxta Rotæ stylum, quo casu loquitur decisio Rotæ 604. num. 10. & 2. p. 1. diuerso.

In alijs etiam casibus hic Hispaniæ stylus 251 contrarius Rotali, per eandem Rotam fuit admittus, testatur Caputaq. decis. 265. p. 3. & fuisse decisum in vna Calagurritana iuris votandi 19. Ianuarij anno 1590. coram Orano, & in alia Calagurritana oblationum 26. Maij 1590. coram Comitulo, testatur Gonzal. vbi suprà num. 115. Put. decis. 258. num. 3. lib. 1.

Et in optimo alio casu sæpe hoc idem determinauit Rota, vt in vna Burgen. residentia 30. Maij 1586. coram D. Plato. & in alia Burgen. concedendæ licentiæ coram Orano de anno 1585. & in alia Conchensi coram Blanchetto. & in Pamplonen. Parochialis 13. Iulij 1600. coram Pegna. vt testatur Gonzal. de men. & alter. glo. 9. §. 1. in annotatio. à num. 154. videndus à num. 117. quibus resolutum fuit, quòd licet de iure, & Rotæ stylo 252 citatio ad sententiam ita sit necessaria, vt eius omisio ipsam vriet, & nullam reddat: tamen sententia de Hispania lata absque illa, 253 non annullatur, ex eo quòd de stylo Hispaniæ hæc citatio non requiritur, imò ibi conclusio in causa vim habeat citationis ad sententiam.

Imò generaliter verum est, quòd etiam vbi isthæc citatio ad sententiam requiritur, 254 conclusio in causa post discussionem intimata vtrique parti supplet omnino huius citationis defectus, probant rationem reddentes mirabilem Gonzal. vbi suprà num. 154. (alias plures limitationes inferens) Vant. de nullit. c. fi. num. 107. Alexand. consil. 225. ponderatus num. 12. volu. 6. Matth. de Afflict. decis. 283. incipit diu est num. 6. non tamen sufficit, si causa non esset formiter & legitime conclusa, sed iudex dumtaxat mandaret con-

cludi,

cludi, vt fuisse decisum in vna Hispanensi Capellaniæ coram Bubalo, & in d. decif. Burgenf. residentia 30. Maij 1586. coram illustrissimo Plato testatur Gonzal. ibi num. 156.

256 Similiter etiam post executorialium expeditionem de Rotæ stylo intimaciones, & earum reproductiones, debent necessariò earum executionem præcedere, quarum omisio illam reddunt nullam ipso iure, & attentatam, quæ tamen cum de stylo Hispaniæ non requirantur, earum omisio executionem non subuertit, declarauit Rota. prout & nos probauimus inferius 4. p. cap. 1. versat. verò notandum est quid in partibus, &c. à num. 86.

CAPVT X.

De iure Regio patronatus, & an, & quibus casibus ab ordinario recusante instituire præsentatū per Catholicam Maiestatem, certante Regiæ Coronæ ius patronatus minime pertinere; appellationi interiectæ non deferendo, vis fiat.

S V M M A R I V M.

Appellationi à collatione beneficij spreto iure regio patronatus emissa à presentato Catholicam maiestatem emissa si non deferatur, an vis fiat. n. 1.

Collatio facta spreto iure patronatus est nulla ipso iure. n. 2.

Presentatio, electio & collatio sunt fructus iuris presentandi, eligendi & conferendi. ibidem.

Presentatus à patrono putatiuo existente in quasi possessione præfertur presentato ab habente ius in proprietate. n. 3.

Presentandi status & quasi possessio si non reperitur apud regiam maiestatem, sed apud ordinarium, an ius patronatus contemptum dicatur. n. 4.

In beneficalibus quoad collationem, presentationem, & electionem vltimus status & immediata quasi possessio attenditur. n. 5.

Quasi possessio conferendi attenditur non ius proprietatis. n. 6.

Collatorem seu patronum esse aliud est, aliud verò ius presentandi, vel conferendi habere, quia illud respicit petitorium, istud possessorium. n. 7.

Presentandi ius habeo, ergo competit mihi ius patronatus, non est bonum argumentum. n. 8.

Fundamenta specialissima multa vrgent, quæ ius regium patronatus conseruant, præscriptionemque ipsius beneficij impediunt, atque quasi possessionem inficiunt. n. 9.

Regi Hispania competit ius patronatus in quibus-

dam beneficijs ex bulla Adriani V. Clementis VII. & Pauli III. maximorum Pontificum. n. 10.

Bulle Adriani VI. verba referuntur, qua ius patronatus in beneficijs consistorialibus Regi Hispaniarum competit. n. 11.

Ex clausulis Bullæ Adriani (quæ enixam voluntatem demonstrant) clarè attenda carum natura & proprietate excluditur quasi possessio & præscriptio contra Regem nostram in beneficijs sui iuris patronatus. n. 12.

Præscriptio vt procedat in iure patronatus Regio, duo requiruntur probanda, patientia, & scientia patroni, & animus liberandi Ecclesiam à iure patronatus. n. 13. & 14.

Absque quasi possessione nulla præscriptio iuris incorporalis procedere potest. n. 15.

Quasi possessio in iuribus incorporalibus queri non potest, nisi ex scientia & patientia aduersarij. n. 16.

Contra Regem nulla potest probari scientia & patientia, vt aliquis vsurpet ius patronatus, cum potius tales Bullæ in eius derogatione retinentur in Hispania, ne illis vti queant impetrantes. n. 17.

Scientia officialium in præscriptione contra Principem sufficit, vt illi præiudicet. n. 18.

Scientiam officialium in præscriptione contra Principem non sufficere qui teneant. n. 19.

Qui in hac controuersia mediam tenuerint opinionem. n. 20.

Scientia officialium in præscriptione sufficet, nempe in ijs quorum administratio spectat ad eosdem officiales, eaque ratione possunt reclamare. n. 21.

Iuris patronatus regalis administratio, & cognitio non pertinet ad officiales Regis, sed ad ipsum dumtaxat, ideo scientia officialium Regi nocere non potest in eius iuris patronatus præscriptione. n. 22.

Scientia officialium non nocet Regi in eius iure patronatus. n. 23.

Clausula derogatoria in contrarium faciendorum (quibus vtitur Bulla Adriani) inducum protestationem defectus voluntatis in futurum. num. 24.

Clausula derogatoria præcedens operatur defectum voluntatis in dispositionibus sequentibus. n. 25.

Ea que sunt facti in principibus ignorare presumuntur. n. 26.

Prouisiones Apostolica non mutant statum beneficij iuris patronatus, nec patronis nocent decedentibus de suo iure patronatus. n. 27.

Ordinarij prouisiones non nocent patrono. n. 28.

Status mutatio in beneficalibus in dubio non presumitur. n. 29.

Ius patronatus non amittitur per non usum. n. 30.

Beneficij status mutatio procederet per prouisiones